



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

LIII. Markgraf Ludwig überläßt der Stadt Frankfurt das Geleit für eine ihm vorgeschossene Geldsumme unterpfandsweise, am 24. Februar 1347.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55756)

LII. Markgraf Ludwig verspricht, die Stadt Frankfurt wegen der Bürgerschaft schadlos zu halten, die sie für den von ihm mit dem Könige von Böhmen geschlossenen Vertrag übernommen hat, am 14. August 1345.

Ludovicus, dei gratia Brandenburgensis et Lufatie marchio; comes palatinus reni, bauarie ac karinthie dux sacrique romani Imperii archicamerarius, Prudentibus Viris, consulibus in Vrankenuord, fidelibus suis dilectis, gratiam suam et omne bonum, Ex eo quod trewgas inter nos et bohemie Regem conductas usque ad festum beati martini Episcopi proximum duraturas ob reuerentiam nostri et Vilitatem terrarum nostrarum per cautionem fideiussoriam, ac eciam per vestras literas patulas confirmastis, vobis multarum gratiarum referimus actionem, Volentes Vos obinde ab omnibus oneribus, grauaminibus siue dampnis, si que vel qua occasione dicte cautionis illabi contingeret, quod ablit, penitus releuare, In cuius testimonium sigillum nostrum presentibus duximus appendendum. Datum berlyn, anno domini M^o CCC^o XL^o quinto in vigilia assumptionis marie Virginis gloriose.

Nach dem Orig. des Stadtarchives VIII, 1, 35.

LIII. Markgraf Ludwig überläßt der Stadt Frankfurt das Geleit für eine ihm vorgeschossene Geldsumme unterpfandsweise, am 24. Februar 1347.

Ludovicus etc. — Consulibus et vniuersitati ciuitatis Frankenuord — —. Pro eo, quod nobis ad requisitionem nostram Quadringentas marcas — mutuastis liberaliter, vobis nomine ciuitatis nostre Frankenuord proventus nostri conductus ibidem continuo tollendos et vsucapiendos presentibus assignamus modis et formis quo ad valorem grossorum et conditionem hominum, quibus a principio impositionis ipsius conductus hactenus nostri commissarii nostri nomine ipsum sustulerunt. Permittentes quod tempore perceptionis vestre ad placitum vestrum huiusmodi conductus sine nostro preiudicio minuat. Nolumus etiam vos intra ciuitatem aut extra alio conductu preiudiciali nouo pregruari. Et si contingerit quod aliquem conductum de nouo instituerimus intra uel extra ciuitatem nostram predictam, hunc ad vos remittere volumus modis et conditionibus ut premititur tenendum pariter et regendum. Referuantes tamen nobis heredibus et successoribus nostris eundem conductum resumendi liberam facultatem, dum vobis nomine ciuitatis predictae per nos de quadringentis marcis argenti Brandenburgensis et ponderis perceptis non computatis fuerit satisfactum. Dantes quoque vobis strenuum virum nicolaum de wolcove dilectum nostrum fidelem pro ductore siue inmissore in possessionem conductus pronotati. — — Testes — — — Bert. de ebenhufen Coquine nostre magister, milites, Nicolaus de wolcove officiatu terre lubucensis et marekwardus de luterberg —. Datum in vrankenuord, Anno domini M^o CCC^o XL^o septimo, Sabbato in die beati mathie Apostoli.

Wahlbrüf I, 558.